

Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque
obeundi**

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

§. IV. Modus psallendi aut recitandi officium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-50863)

intemplis ad laudandos & adorandos falsos Deos, multò magis est rationi consenseraneum, ut Christiani conveniamus ad laudandum Deum verum. Si etiam Antiqua Legis Fideles suas quoque in Synagogis congregations habebant; multò magis iustum est, ut Christiani in Templis convenient, Deumque laudent. Hac Doctor Seraphicus.

Offerimus autem laudes Deo in die septies, ad obtinenda septem dona spiritus Sancti, adversus septem spiritus nequiores & septem peccata capitalia, & venialia, in qua septies in die cadet justus, prevenanda; & deprecanda per septem hebdomada dies ac per septem orationis Dominicæ petitiones, aliisque psalmos & hymnos.

§. IV.

Modus psallendi aut recitandi officium.

REx David Psalm. 46. quinques repetendo, Psallite: insinuat rectè psallendi modos: Psallite Deo nostro, psallite; psallite Regi nostro, psallite: quoniam omnis terra Deus, psallite sapienter. Itaq.³

I.Psal-

P

WICKENZ

prolog:

litteris

I. Psallite Distinctè quoad vocem, verb
non absorbendo, non truncando, non tran
ponendo, non præcipitando, aut nimium
festinando: loquimini enim cum Rege Re
gum & Domino Dominantium.

II. Psallite Attentè, quoad memoriam
attendendo vel ad verba, vel ad sensum
vel ad Deum. Quomodo enim à Deo audi
te postulas, qui te ipsum non audis? M
S. Cyprianus.

III. Psallite Intelligenter quoad int
lectum, ut sensum verborum intelligas
mystera cognoscatis, & latente in eos in
enfruamini. Serviet ad hoc Lectio inte
pretum Psalmorum. Dionysii Carth. Belli
mini, Lorini, Tirini, Le Blanc. &c.

IV. Psallite Ardenter quoad volunt
tem, non repidè & oscitanter, non somn
lentè, ut monet S. Bernard. serm. 47 oracu
Cantica: Moneo vos, inquit, Dilecti flatu
simi, purè semper ac strenue divinis intcogita
esse laudibus &c.

V. Psallite Reverenter, quoad totused te
corporis compositionem; alternatim standa &
& flectendo; non interloquendo sine nec*citare*
fitate, non subridendo, nugando oculi *inferri*
evagans

evagando, sed Seraphinorum more summa
cum reverentia & tremore Dominum
Deum exercituum laudando. Ad quod
conducunt sequentes consideratiuncula.

§. V.

Motiva ad pie psallendum vel
orandum Horas.

Dum anterecitationem, vel cantum
subinde paulisper expectandum est
in choro, animum collige, unumque ex
sequentibus motivis aliquantulum rumi-
na, ut ad ferventius psallendum accen-
datis.

Motivum I. Author.

Officii Author est ipse Spiritus San-
ctus, cuius numine afflati Viri sancti
oracula edidere, ex quibus officium con-
nectum est. Hinc illud legens vel cantans,
numinis ipsius verba, vocesque efferre te
cogita; quibus si mens non respondeat;
sed temere huc, illuc evagetur, quas tri-
ta & inutilia mali Poetæ carmina re-
citaret; patet, gravem Deo injuriam
inferri.

Moti-

P

INCUNA

prolog

lacerdoti